



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Argumenta Librorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349



Argumentum Libri I.

1. **T**riplex Clericis praesitutus finis, Dei honos, propria perfectio & proximi edificatio, cap. 1. 2. 3. 13.
2. Hunc tripartitum finem ut assererentur Apostolicam olim duæ vitam, à qua paulatim descidentes à sanctis ac doctis viris reformati sunt, cap. 4. ad 24.
3. Quantare religione Clericis inchoatus dies, mens conformanda, ad templum adeundum & in eo versandum cap. 24. ad 50.
4. Insigni attentione & devotione diuum & Ecclesiasticum illis officium persoluendum sine cantu suelectione cap. 50. ad 98.
5. Ut sacris interesse, operari, participare debeant cap. 98. ad 123.
6. Ut Deo rectius vident, sacerdotibus se occupationibus expediant, ac totos sepietate tradant, cap. 123. usq; ad Calcem libri.
Quæ omnia ex capitum assignatione exactius cognoscuntur.

Elenchus Capitum libri primi.

1. **Q**uis viro in Ecclesiasticis functionibus constituto vita actio-
numq; praefixus sit scopus, qui & cunctis rebus propositus.
2. In unius Dei honorem & gloriam homini sacris Ecclesia ministeriis addicto collandum tanquam finem ac scopum.
3. Proximus & secundarius Ecclesiastico propositus finis integritas
vita ac perfectio propria.
4. Quenam sit Clerici perfectio ex nomine ac primo uo instituto.
5. Saluator omnibus virtutis numeris absolutissimæ vita exemplar.
6. Apostoli in Euangelicis consilii sectandis Liberatoris nostri imita-
tores.
7. Primi Christifideles Euangelicorum Consiliorum sectatores.
8. Canonici antiqui Apostolice vita sectatores.
9. Eximius quondam Clericis honor delatus.
10. Quibus de causis Ecclesiastici ex sanctioris vita orbita sensim
recesserint.
11. Laxata Ecclesiastica disciplina doctissimorum ac sanctissimo-

) (?) (2

rum

Argumenta

rum Patrum præsertim D. Augustini vigilantia & ope rursum
astricta.

12. Clerici in peius recidunt.
13. Postremus Ecclesiastico quoque viro propositus est finis, edificatio
instructioque populi, atque ad virtutis emulationem prouocatio.
14. Seruatoris mandato aliorum edificationi studendum & vacan-
dum Clericis.
15. Probitatis exempla ab Ecclesiasticis valde postulat Apostolus.
16. Sicut Clericorum virtus Deo honor est & ipsimet aliisque sa-
luti: ita & illorum peruersitas Deo ignominiosa & tam ipsis
quam aliis pestifera, & exitiosa.
17. Aduersus eos, qui alios prauo exemplo corrumpunt, grauis ac
iusta D. Bernardi infectatio.
18. Sanctorum cultus, imploratio, & emulatio cedit Deo ad glo-
riam atque ad hominum vergit tenditque salutem.
19. Sanctissimum Eucharistie sacramentum summa ab Ecclesiasti-
cis veneratione atque obseruantia prosequendum.
20. Ad exemplum Christi Domini vita Clericorum efformanda.
21. Beatissima Dei genitrix Clericis singulare cultu & honore pro-
sequenda, morumque ac virtutum imitatione quantum fieri po-
test, exprimenda.
22. Dei genitrix sibi deuotorum Clientum adiutrix.
23. De Diuorum tutelarum atque custodum Angelorum veneratio-
ne atque obsequio.
24. Sanctis cogitationibus, desideriisque ac precibus diei à Deo su-
menda initia.
25. Matutina salutarium rerum contemplatio Clericis longe utilis-
sima.
26. Aditus in templum atque introitus Clericis valde sit religiosus.
27. Religione insigni ac reverentia in templo ob diuini numinis inibi
presentiam Ecclesiasticis versandum.
28. Similem religionem ac reverentiam ab Ecclesiasticis postulat
Christus Dominus in S. Eucharistia existens.
29. Religiosa modestia adhibenda ob Angelorum in templo presen-
tiam.

30. Beati

Librorum.

30. Beati spiritus sacras tuentes aras.
31. Reliquiae sacrae venerationem reuerentiamque afferre debent Ecclesiasticis.
32. Sancti suis presentiam conditoris exhibent.
33. Sanctorum ad sepulchra edita miracula ipsorum ibidem presentia testimonia.
34. Quo modo suis sacris exuuiis praefto adsint Sancti.
35. Non impune fert, quisquis debitum Sanctorum reliquiis honor rem non habet.
36. Pie statuae ac picturae religionem Clericis excitent ob multiplicem utilitatem.
37. Quo honore & veneratione sacra statuae & Imagines sint affi cienda.
38. Vsus sanctorum imaginum & cultus Deo acceptus.
39. Templi sanctitas animos ad studium pietatis accendat.
40. Satius & religiosius in aede sacra, quam profana domo cultus diuinus per agitur.
41. Exemplo Saluatoris, Apostolorum & primorum Christianorum rectius in aede sacra quam prophana diuinum Numen veneramur.
42. Eximia & singularis Regis ratis pietas erga sacram Dei aedem.
43. Omnis in templo eliminetur immodestia, omnis in eo regnet modestia & religio.
44. S. Patres reprehensorum, qui templi sanctitatem & honor rem negligunt,
45. In templo quidem potissimum, sed & ubique & quoquis loco reverendus & colendus, & implorandus Deus.
46. Templo magnifice & splendide exornanda.
47. Deus sacrae ornatum prescrifit.
48. Saluator ornatum templi comprobat.
49. Sacerdotes & Clericos maxime decet templorum exornatio.

De horis Canonicis.

50. Ecclesiasticum horarum pensum quotidie necessario absoluendum.

) (?)(3

51. Dini-

Argumenta

51. Diuinum officium septem distinctis constat horis , & quenam illæ.
52. Matutinarum precum & laudum rationes producuntur.
53. Cur Clericis ad matutinas properandum.
54. Dereliquis horis canonicas, prima, tertia, sexta, nona, vesperis completorio.
55. Officium diuinum vnde desumptum.
56. Ista Canonicarum horarum vicissitudine redemptoris nostri mysteria representantur.
57. Quis modus Canonicas legendi preces.
58. Canonicae preces magna vigilancia & religione persoluenda.
59. De animi attentione in precibus canonicas à qua abducit dæmon.
60. Vigilantiam, attentionem, & precationis pietatem interturbare nititur sathanas.
61. Natura nostræ imbecillitate ad mentis euagationem abutitur dæmon.
62. Prima assertur causa, cur precentem Diabolus ab attentione distrahit.
63. In diuina excellentiæ despiciatum homines ab orationis attentione abstrahit dæmon.
64. Humana salutis inuidentia dæmon precentes ab attentione abducit.
65. Ne ingentia mortales à Deo impetrant beneficia tartarei spiritus orationem impediunt.
66. Quæ Canonicas precibus adhibenda attentio.
67. Diuina excellentia præsentis quam alloquimur contemplatio attentionem conciliat.
68. Quo nos modo Deum præsentem effingere possumus.
69. Diuina præstantia cogitatio, fons amoris, amor scaturigo deuotionis & attentionis.
70. Exempla alte D E V M contemplantium & ardentier precentium.

De

Librorum.
De Ecclesiastico cantu.

71. **H**eretici cantum dominant & usurpant.
72. Plumbæ Sectariorum tela veritatis igne liquecunt.
73. Prouidendum ne mentis Vitio cantis deprauetur.
74. A sanctis patribus mutuata argumenta soluuntur.
75. Ecclesiæ Cantus diuina auctoritate comprobatur.
76. Beatae mentes diuinorum laudum Cantatrices.
77. Beati homines diuinam cantitant laudes.
78. Primi Christiani sacros identidem hymnos Deo cecinerunt.
79. Pia Eremitarum Cantiones.
80. Sacris psalmis Christianorum ornatur sepultura.
81. Et verbis & argumentis sacrarum cantionum prædicator D.
Mediolanensem Antistes Ecclesiæ docto Ambrosius.
82. Vnde oppositis choris psallendi ratio.
83. Catholicus Cantus fidei Catholica confessio.
84. Cantu & corpus & animus laudat Deum.
85. Sacer Cantus prauos corrigit mores.
86. Cantus animi perturbationes sedat.
87. Diuinus Cantus orci extricat laqueos.
88. Ad fidem ac religionem vel capessendam vel amplificandam instigat sacer cantus.
89. Pius Cantus tristitiam mitigat, relaxat, tollit.
90. Pia Cantatio in probitatem inflanumat.
91. Deo laudes Cantans Angelorum imitator.
92. Voce pariter & mente, Deo cantandum.
93. Ecclesiastici officij diuinitas.
94. Quorum in Ecclesiastico officio partes obrineant Clerici.
95. Diuini officij rite persoluti vtilitates.
96. Canonicas horas pie sanctèq; absoluendi usus.
97. Que in diuini officij recitatione obseruantia.

De diuinissimo Missæ sacrificio.

98. **D**e sanctissimi istius sacrificij instituendi causis & utilitatibus, ob quas meritissimo singulos in dies Clerici
maxi-
) (?).(4

Argumenta.

maximo suo spiritali emolumento sacrum audiunt.

99. Missæ sacrificio latrī & honor Deo tribuitur.

100. Missæ sacrificio merita Deo exoluuntur gratiarum actiones.

101. Missæ sacrificio reconciliatur & placatur Deus.

102. Missæ sacrificio & mala auertuntur, & bona impetrantur.

103. Maxima sacro missæ officio religione adesse decet & oportet.

104. Frequens Communio utilissima.

105. Communionis procrastinata que cauſe.

106. De Communione Spirituali.

107. Quam perniciosum sit sacerdoti non sacrificare.

108. Invitamenta ad sacrificium sepe Deo offrendum.

109. Exempla creberrime sacrificantium.

110. Quotidie celebrantium exempla.

111. Pura mente & conscientia ad diuinissimam Eucharistiam accedendum.

112. Que potissimum Communicaturo vitanda.

113. Celestis contranefarios sacrificios vltio.

114. Quibus modis & religionis actibus Eucharistia sit percipienda.

115. Rem diuinam faciendi praxis & Vsus.

116. Ante sacrificij inchoationem quid prestandum.

117. In ipso sacrificio ut se habere debeat Sacerdos,

118. Quid sacrificio finito agendum.

119. Solenniritu ministrantes criminis expertes sint.

120. Mortifero scelere alligati, & vel sacramenta ministraturi, vel concionem habituri, vel canonicum pensum absoluti contritionem excitare conentur, si confessionis non detur copia.

121. Clericis sepe exomologesis facienda, & quæ crebra confessionis utilitas.

122. Confessariorum ut pharmacorum habendus delectus.

De pia Ecclesiasticorum exercitatione.

123. Negotia secularia, quantum fieri potest, non tractanda Ecclesiastico.

124. Superuacaneum tempus lectioni spiritali Clericis tribuendum.

125. Quinam libri potissimum Clericis euoluendi.

126. Concilio attentis auribus & mentibus excipienda.

127. Ecce-

Librorum.

127. Ecclesiæ ceremoniæ rite decenterq; seruande.
128. Sacra dies præcipua religione traducendi.
129. Ante somnum discutienda conscientia.
130. Discutienda conscientia utilitates.
131. Examinanda conscientia modus & ratio.
132. De orationis cubiculo & consecrata aqua.
133. Christus Dominus & Apostoli discipiunt, ut Ecclesiastici toto in religionem pectore incumbant.

Synopsis libri 2.

1. **M**aximam à vitis continentiam, virtutisq; perfectionem & excellentiam à Clericis requirit Apostolus cap. 1. ad 6.
2. Eam vero sanctitatem postulat S. Paulus ob Ecclesiastici status dignitatem cap. 6. ad 20.
3. Ut illam sanctitudinem & Ordinis sui honorem tueantur à quibus infos vitiis temperare velit Apostolus cap. 20. ad 78.
4. Ecclesia antistitibus vigilandum & nitendum, ut Clericos à peccatis cohibeant & inquinatos emendent cap. 78. ad Libri finem.
Verum ista ex subiunctis capitibus dilucidius constabunt.
- C.ap. 1. S. Paulus uno eodemque Episcopi vocabulo sacerdotem virtutique, maiorem ac minorem, Antistitem videlicet atque presbyterum complectens eadem probitatis & sanctimonie documenta tradit ambo bus.
2. Presbyters quoque nomine Episcopum designat Apostolus, ideoque quod præcipit illi, huic se quoque mandare significat.
3. Episcopalis honor presbyteri gradum dignitate præcedit.
4. Recte viuendi mandata & instituta Episcopis atque presbyteris ab Apostolo tradita, diaconis quoque ceterisque ordinis inferioris Clericis sunt ab eo imposita.
5. Ecclesiastica vita statusque Clericalis ex Apostolo compendium & synopsis:
Ecclesiastica dignitas eximiam requirit probitatem.

) (?) . 5

6. Cur

Argumenta

6. Cur ab Ecclesiastice vita & professoribus absolutam adeo virtutis rationem depositat Apostolus.
7. Clerici sunt praecipui diuina maiestatis ministri.
8. Clerici sunt possessio Dei, & Deus illorum possessio.
9. Clerici discipulorum Christi successores, & S. Ecclesia conservatores.
10. Ecclesiastici sunt aliorum Indices.
11. Regiam maiestatem antecellit Sacerdotium.
12. Sacerdotes sunt spiritales parentes.
13. Clerici sunt nostri intercessores, patroni, & aduocati.
14. Clerici sunt quidam terrestres Angeli.
15. Clerici suo modo Christi Domini progenitores.
16. Sacerdotum cum deipara Virgine conuenientia.
17. Sacerdotes quadam ratione quasi Christo aequales.
18. Sacerdotes quidam Dii.
19. Quidam sacerdotii dignitate praestitici illud refugientes latibula vel alia effugia que siuere.
20. Praecipuo honore & auxilio digni Clerici.
Agravioribus semper, à minutis, quantum fieri potest, peccatis Clericis abstinentiam.
20. Hominem Ecclesiasticum publico vulgoque noto vacare oportet crimen.
21. Clam etiam atque occulte à sceleribus omnino abstineat clericus.
22. Non mortifera modo, sed minutiora etiam, quantum fieri potest, Clericis deuitanda sunt peccata.
23. A viris Ecclesiasticis procul absit superbia mentisq; elatio.
24. Ab omni superbie modo ac specie Clericorum vita moresque abhorreant.
25. Ab Ecclesiastico muneri dicatis longe exulet ambitio.
26. Rationes quibus adducti ambitionis vicium declinent Ecclesiastici.
27. Ambitio peculiari quodam modo insidiatur Clericis.
28. Avaritia summopere Clerico detestanda.

29. Calli-

Librorum.

29. Callida Ecclesiasticorum insectatrix est auaritia.
30. Simonia Clericis penitus est detestanda. Quibus mercatura & negotiationis exercitium interdictum.
31. Vsuræ, infelix auaritiae soboles atq; propago, cum aliis omnibus tum vel maxime Clericis grauiusque prohibetur.
32. Beneficia sine graui causa beneficiis aggregare non caret auaritiae nota nec salutis periculo.
33. Auaritia indicium est diuitiarum coaceruatio non ut egenitibus subuenias, sub ut cognatos & amicos dites ac locupletes.
34. Rationes quæ ab auaritiae auocent Idolatria.
35. Apostolus impurum abhorret, & castum pudicumque requirit Clericum.
36. Eandem turpitudinem detestatur ac Castitatem & pudicitiam ab Ecclesiasticis postulat Christus Dominus, nec non alii.
37. Multifædissima Luxuria scabie infecti Clerici.
38. Superiorum contra Luxuriam rationes, compendium, & additamentum.
39. Seuera Ecclesiastice libidinis ultrix Dei iustitia.
40. Luxuriosus Sacerdos & impius à dæmonibus ad inferos rapitus.
41. Commemorantur plura Luxuria detrimenta.
42. Feruidus & concitatus ad iram vitæ Clericali ineptus.
43. Iræ commotiuncula quamprimum Ecclesiasticis in ipsa stirpe extirpanda.
44. Curvelis remisque fugienda Clericis iracundia.
45. Prudens quandoq; Zelus adhibendus.
46. Ecclesiasticus non sit contentiosus & litigator.
47. Quanto Ecclesiasticis familiarior litigatio, tanto cautius declinanda.
48. Quæ merito à contentione auocare debeant.
49. Epriuatis etiam laribus altercatio eliminetur.
50. Dissensionis scintilla enascens mox extinguatur.
51. Ecclesiasticus non sit procax, vel maledicus.
52. In numero Ecclesiasticorum nemo sit Conuictor.
53. Dei execratio atque blasphemia summopere Clerico vitanda.

54. Att-

Argumenta

54. *Aiuramentis abstinentium Clericis.*
55. *A verberibus aliorumque pulsatione temperet Ecclesiasticus.*
56. *Cibi & maxime potus immoderatio Clericis euitanda.*
57. *Rationes Apostoli, cur Ecclesiasticis abhorrendum ab intemperantia.*
58. *Alios vrgere pocula indignissimum Ecclesiasticis.*
59. *Deuitanda eorum, qui ad pocula solicitant, viro Ecclesiastico mensa.*
60. *Magis obediendum Deo temperantiam praeipienti, quam hominibus, qui vrgent immoderationem.*
61. *Liuor Ecclesiasticorum corruptor.*
62. *Cur merito ab Inuidia Clericus abhorreat.*
63. *Detestanda in diuino cultu segnities.*
64. *Acedia sape etiam Clericos invadit.*
65. *Quaratione in diuino cultu excutiendus torpor.*
66. *Salutarium statuque suo necessiarum rerum inscitia non laboret Clericus,*
67. *Ecclesiasticorum ignorantia Deo displaceat & ab eo punitur.*
68. *Clericus non sit simulator & fallax.*
69. *Calliditas & versutia Deo odiosa.*
70. *Simulatio proximis valde noxia.*
71. *Simulatio exitialis est simulatori.*
72. *Falsitas & orationis Vanitas Clericis deuitanda.*
73. *Nullum omnino mendacium culpa vacat, nec apud Deum potest excusari.*
74. *Mendacii detrimenta.*
75. *De adulazione simulatione ac mendacio cognato.*
76. *Prouida causeant Ecclesiastici cura, ne in aliorum veniant contemptum.*
77. *Gloria Dei & humanae saluti plurimum officit Ecclesiasticorum improbitas.*
78. *Ecclesiarum Antistites siue Prelati suos emendare clericos ne intermittant.*
79. *Insigni vigilantia & studio in suorum incumbant salutem Ecclesia Prepositi.*

80. Ra-

Librorum

80 Ratio Ecclesiastica disciplina conseruanda.

Libri 3. summa & complexio.

1. **Q** Vibus quantisque virtutibus ornati esse debeant Ecclesiastici
cap. 1. ad 91.
 2. Quæ munia Confessarii & concionatoris cap. 91. ad 105.
 3. Diligentissimam sua estimationis & fama curam habeant Clerici
cap. 106. ad libri usque finem.
- Cuncta illa sequentia docebunt capita.

- Cap. 1. Absolutam perfectionem virtutis in Clerico desiderat Apostolus.
2. Omnibus completam numeris perfectionem ab Ecclesiasticis hominibus requirit Seruator.
3. Ex veteris tabernaculi siue templi ministrorum sanctitudine colligitur, quanta sit opus sanctitate ministris Ecclesiae.
4. Ecclesia Antistites alios virtute antecellant oportet.
5. Modestia siue submissio maximum Ecclesiastici viri ornamen-tum.
6. Seruator noster eximius humilitatis Doctor & exemplar absolutissimum.
7. Animi demissio summopere Clericis necessaria.
8. Fructuum humilitatis atque emolumentorum compendium.
9. Indignitatis propria atque Excellentiae diuinæ contemplatio humiliatis genitrix.
- 10 Largus & erga indigentes beneficus sit vir Ecclesiasticus.
- 11 Liberalitatis natura ut insigni animi alacritate largiatur.
- 12 Duo liberalitatis genera.
- 13 Erga quos liberalitas exercenda.
- 14 In pauperes curiosè non inquirendum.
- 15 De proprietatibus largitatis & affectionibus.
- 16 Liberalitas sanctissima Trinitatis in nos munificentissime imi-tatrix.
- 17 Thesaurus Ecclesiae in calamitosos dispergiendus.
- 18 Considerata diuitiarum inanitas liberalem reddit Ecclesiasticum.

19. Diui-

Argumenta:

19. Diuitiae, luxus, & gitudinis, ac aeternæ damnationis occasio.
20. Ecclesiastici non sua, sed Christi Domini, cuius dispensatores sunt, bona largiuntur.
21. Vir Ecclesiasticus Deo, à quo hunc in finem accepit, sua, idem, Dei bona suo temporali, spiritali, & cœlesti commodo & emolumento egenis largitur.
22. Ecclesiasticon in egenos liberalissimorum exempla.
23. Corporis mentisq; puritatem ab Ecclesiastica vita & professoribus exigit Apostolus.
24. Sua & in natura & in legis statu Dei ministris castimonia non defuit.
25. Ecclesiasticis functionibus obest coniugium.
26. Clericus in maioribus ordinibus constitutus & Castitatem vovit, & eam violans duplex mortiferum committit flagitium.
27. Occasio segesque letitia à matrimonio difficultatibus liberum esse, & Castitatis dignitate, deliciis ac dulcissimis fructibus deletari.
28. Insigne Castitatis in calis præmium probatur ex Isaia vatum flore, ex ipso salvatore nostro & sancto Ioanne Apostolo.
29. Christus Dominus absolutissimum puritatis exemplar, & qui ipsius imitatores.
30. Quibus auxiliis defendatur Castitas.
31. Paulus mansuetum postulat Ecclesiasticum.
32. Mansuetudo summopere Ecclesiastico necessaria.
33. Seclanda Clericis patientia, utpote quæ illis maximopere necessaria.
34. Apostolus requirit Ecclesiasticum valde in cibo potuq; moderatum.
35. Temperantes sint Clerici, quia dicati Deo ministri.
36. De Ecclesiasticon in coniuiciis frugalitate.
37. Ecclesiastica temperantia exempla proferuntur.
38. Peruersus edendi ac bibendi appetitus cohibendus.
39. Cur Ecclesia ieunia Clerici studiose seruanda.
40. Varios ex ieunio fructus capiunt Ecclesiastici.
41. Ieunanti ab alimentis & a peccatis temperandum, & aliis vacandum piis operibus ac virtutibus.
42. Cari-

Librorum.

42. Caritas & à Christo Domino & ab Apostolo Ecclesiasticis val-de commendata.
43. Curtantopere Caritatem à Clericis requirant Christus & Apostolus.
44. Ecclesiasticae dilectionis exempla à Christo Domino, Petro & Paulo Apostolis data.
45. S. Ioannes Euangelista pricipius Caritatis Doctor.
46. SS. Iacobi Apostoli ac Stephani Protomartyris Caritas.
47. De diuini honoris, & humana salutis studio.
48. Qua Zeli animarum incentiu.
49. Gentilium Sacerdotum & nostrorum in Euangelica lege eruditio.
50. Quis modus diuinam comparandi scientiam.
51. Dr Confessarii scientia.
52. Confessiones excipiendi raio & Vsus.
53. Concionandi munus per difficile, eximiam sapientiam & virtutem postulat.
54. Qua Concionatori opus scientia.
55. Concionatores non suam sed Dei gloriam Auditorumq; spectent utilitatem.
56. Concionator potius exemplo doceat quam verbo.
57. Idoneus docendi minus ne refugiat.
58. Concionator ad Auditorum captum se accommodet.
59. Superbia Concionatori vitanda.
60. Precibus & Concionatori & auditoribus conciliandus est Deus ut rite munus suum expleat.
61. Praxis habendi concionem.
62. Sicut medicus diuersis agrotis diuersa adhibet medicamenta, ita & faciendum animarum medicis, Antistitibus, Confessariis, Concionatoribus ac pastoribus, de quibus multa hactenus fuit nobis dissertatio.
63. Ecclesiasticus sua sit famae curator.
64. Modestia fama Conseruatrix.
65. Ut in externis actionibus moderandis se habeat modestia.
66. Morum corporisq; motuum rectrix modestia.
67. Mores actusq; externi moderati & bonam famam conciliant, & conseruant & augent.

68. Dc

Argumenta Librorum.

68. De Vestitus modestia.
69. In muliebrem Clericorum ornatum inuestiuia.
70. Quis probardus vestitus.
71. Peculiaris vestitus peculiarem vite statum, conditionem, ac instutum subindicat.
72. De modestia & honestate familia curanda ei, qui illibatam conservare famam velit.
73. Clerici ut honestam tueantur famam in honestos deuitent socios necesse est.
74. Nihil admirabilitatis vel nouitatis habet, quod optimis sepe viris proserunt Ecclesiasticis ac Religiosis, sicut figuli figulis obtrcent improbi, & quod aduersus hos solatium.



C A P.